

2017

P O L E M I C I.

2018

se ipso frequentia: Scripsisse se, dum Lipsiae degeret, suadente Georgio Duce, Consultationes Ecclesiasticas, item Berolini iussu Joachimi Electoris Brandenburgici. Similia a se exegisse dominum suum terrestrem Philippum Abbatem Fuldensem, et Sebastianum Archiep. Moguntinum. Autorem se esse Typi Ecclesiae Prioris &c. Ex quibus conficitur, esse illum Georgium Wicelium πολυγραφον sat notum, sed neutri Parti, ut fit, ex toto acceptum. Id, quod vel ex praesenti Opere liquidum fit, quod in Capita XXV. et Appendicem tributum est, quorum Titulos damus: *Papatus, Bapstumb zu Rom, wie solches zu vnder schaiden. Curia, Römischer Hofe. Cardinales oder Cardinalstanndt. Praesides, die Bischoffen. Clerus, oder Pfaffbait der Lateinischen Kbirchen. Monachus, oder Mönichstanndt. Von der leer der Kbirchen. Andere bohe stuckb der Cristlichen leer. Principalstuckb der leer in gemainer Cristenbait. Baptismus, Sacrament der heilligen Tauff. Confirmatio, Das ist die Heilige firmung. Liturgia. Ampt der Missen. Penitentz. Beicht vnnnd Was disem anhängig. Ordo, oder Weibung der Briesster. Matrimonium, oder Eestannndt Im Cristenthumb. Letzte Unthio der Gleubigen. Cultus*

Divinus, Gottesdiennst in Catholischer Sammlung. Ceremoniae vnnnd Observationes Gemainer Kbirchen. Feiunium. Quadragesimae Fasten, vnnnd anndere durchs Jar. Ferie, Feiertage durchs Jar. Intercessio, Fürbitt der heiligen Gottès. Imagines. oder Bilderwerckb. Scholæ, Christliche Schuelen, Hobe vnnnd nidrige. Hospitalia. Vnnnd was das gross Armut belanngt. Funus, Die Leich vnnnd begrebnus der Christen. In singulis his Capitibus sensus Pontificiorum, significatu hujus vocis, ut supra stabilitum fuit, accepto, dein Catholicorum, demum Lutheranorum, Zwinglianorum &c. declaratur. In Appendice enumerantur Autores paullo antiquiores, qui de Reformatione Ecclesiae tractarunt.

DXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. 163 XVI. Folior. 7. f. est *Reconciliationis Catholicorum et eorum qui illis aduersarij videntur modus certissimus a Concordia Vniuersi studiosissimo à à p a in Christi Gloriam restitutus aut institutus. G. P. qui N. R. I. Autore. Jam dictum Cod. CCCCLIX. n. 24. Somnium esse Guilielmi Postelli, cui quis tunc merito occinisset:*

*Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget.*

DXXV.

DXXV.

⁷²¹ Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 86. 4. est: *Adversus Degeneres Christianos Ecclesie expositio: Leopoldo dickio II. doctore authore*, qui fol. praevio sua manu haec notavit: *Suo foedericho (Naufae) apud Spiren: Nemetum diuini Verbi Concionat: Militi Sacramentario Leopoldus Dickius p. Dono dat. Incipit vero perpetua haec Ecclesiae Περσωνοποιου in istum modum: Illatum mihi iam vulnus vsque acerbum occultare diucius nec possum, nec volo; quo animum leuarem, tum mentis dolorem extinguerem, nescio me vertere; vi enim geritur res, et quia student damnare tanquam nocentes etiam homines, quos sciunt innocentes: constare utique de innocentia mea volunt, quasi vero maior iniquitas sit, probatam innocentiam damnaesse, quam inauditam. &c. Ingreditur deinceps Ecclesia disputationem de Animorum immortalitate primum, dein de variis Fidei, Ceremoniarumque Capitibus, ita tamen, ut neque Catholici, neque Protestantes eam in totum suam esse velent. Erat enim Suevus noster Babenbusanus Comes Palat. tribunalis Imperial. ab aduocationibus et Caussarum Orator eorum e numero, quibus sub initia Motuum Religionis non satis ipsis liquebat, quid velle oporteat, quique aut profligata omnia clamabant, aut conciliationem*

quibusvis demum conditionibus urgebant. Magna illi Veterum lectio, etiam Graecorum, sed indigesta, scribendi methodus obscurior, stilus ampullosus et scaber. Id et in aliis ejus Scriptis observes, quae cum ab Joechoero obiter tacta, neque ab Adelungio subpleta videam, hic adnumerabo: *Ad Christum Sponsum Ecclesiae Sponsae Epistola. Ad Ant. Fuggerum. Data Augustae. 1523. praeuia Autoris Icone. 4. De dira et ultra hominum fidem exitiali Mediolanensium in Germanos milites seditione vera Narratio ad Carolum V. Nuncupata Udabrico a Schellenberg Mediolano 1526. 4. Adversus impios Anabaptistarum Errores. Ad Christoph. Ep. Augustanum. Haganoae 1530. 4. Ad universos Germaniae Proceres, Status et principes Viros — Adhortatio, ut tranquillitatem et super omnia Symboli Pacem cum percusso inter se denuo amoris foedere defendant. 1535. 4. cum adnexis Autoris Insignibus. De Sacrosancta Juris Disciplina amplectenda Oratio. Ad Othonem Walpurg. Moguntiae. 1541. 8. Paraphrastica Meditatio in Precationem Dominicam. Ad Card. Albertum. Moguntiae. 1543. 8. Paraclesis id est Adhortatio ad universos sub velamine Christi merentes Christicolae per modum concionis, ut errorum pedicis illaqueatos corrigant &c. Ad Matth. Langium Card. Salzburg. 4.*